



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. xlivii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D.BVRCHARD: EPIS. VVORMA.

vel flagitiis, reus erit iræ, & vindicta Dei omnipotenti quem spernit: quia hæc omnia diuina ei voce interdita sunt, & secundum Apostolum, obedire Deo oportet magis quam hominibus, & secundum quod deliquerit, dignè ium decreta canonum pœnitentia: & si pœnitere noluerint, communicetur.

*De eadem re.*

*Cap. XLI.*

*Ex cōcil. Meldēsi, cap. 10.* **D**EHIS qui pro delicto suo à communione separantur, ita placuit, ut in quibus scunque locis fuerint exclusi, eodem loco consequantur communionem.

*De eadem re.*

*Cap. XLII.*

*Ex cōcil. Rotoma. cap. 3.* **S**VNT aliqui qui culpis exigentibus ab episcopo proprio excommunicantur, & ab aliis Ecclesiasticis, vel clericis præsumptione, in communionem accipiuntur, quod omnino sanctum Nicenum concilium, simul & Chalcedonense, necnon & Antiochenum, atque Sardicense prohibent.

*De eadem re.*

*Cap. XLIII.*

*Ex cōcil. Cartha- gi. cap. 9.* **A**VGUSTINUS episcopus legatus Numidiæ prouincie. **X**xit. Hoc statuere dignemini, ut si qui forte meritos cinorum suorum ab Ecclesia pulsi sunt, & siue ab episcopo aliquo, vel presbytero fuerint in communionem suscripti, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius fugientibus sui episcopi regulare iudicium. Ab vniuersitate episcopis dictum est, omnibus placet.

*De eadem re.*

*Cap. XLIV.*

*Ex eodē, cap. 73.* **Q**VI communicauerit, vel orauerit cum excommunicato: si laicus est, excommunicetur, si clericus deponatur.

*De illis qui ex alia parochia sunt, & depravationes faciunt.*

*Cap. XLV.*

*Ex cōcil. Meldēsi, cap. 2.* **D**E illis autem, qui infra parochiam beneficij autoritatem habent, & alterius Episcopi parochiam sunt, & de loco ad locum iter faciunt, rapinas & depravationes peragunt, placuit, ut excommunicentur, nec ex parochia exeant, quamquam quæ perpetrarunt, dignè emendent. Quorum excommunicatione seniori eorum, & proprio episcopo significanda est, ne eos recipient, antequam redeant, ybi rapinâ fecerūt, & omnia pleniter emederentur.